



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ars versificatoria Joannis Despauterij Niniuitæ Bergarum
apud Dium Guinnocum Ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorat., Anno M.D.XII.**

VD16 D 630

In laudem artis versificatoriæ doctissimi viri Io. Niniuitæ carmen Iacobi
Pape, ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70847)

In laudem artis versificatoriae doctissimi
viri Io. Niniuitæ carmen Iacobi
Pape, ad Lectorem.

Quisquis es Ausonios cupiens contexere versus,
Hoc eme metricę nobile legis opus.
Syllaba quanta docet, vel qualis rite locanda,
Et qua iam versus arte regendus erit.
Confiteor fuerant doctorum scripta virorum
Manca, sed hæc studio sunt stabilita bono.
Quicquid habent sacrę congesta volumina frugis
Hanc nouus ingenti fœnore reddit ager.
Contrectare diu docet omni euoluere noctu.
Versibus vtilior non liber esse potest.
Hunc lege, ne vanis excedant tempora rebus,
Et data sub memori dona reconde sinu.

○ Hexastichon Liuini Crucij Enomij in artem versificatoriam Ioannis Despauterij Niniuitæ.

Si iuuet Ausonia musas celebrare camœna,
Si iuuet Orphæis plestra sonare modis,
Linque sacros haustus Heliconis, linque liquores,
Desine sompniferis sæpe cubare iugis.
Hic Heliconis erit fons. hic Parnassia rupes,
Ora riges vigil hoc sit tibi monte labos.